Universitätsbibliothek Paderborn

Svmma Diana

Diana, Antonino

Coloniae Agrippinae, 1656

Reliquiæ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-40647

Visual Library

reſ.54.cit.§.Ex his. Quæ omnia confirmantur ex Bulla Clem. VIII. de largitione munerum, in qua aliis Religioſis munera præbere prohibitis, Equites expreſsè excipiuntur: vnde & corroboratur, quod initio diximus, eos verè eſſe Religioſos, alioqui enim excipi non debuiſſent. *par.1.tr.6.reſ.23.*

Per profeſſionem Religionis S. Ioãnis diſſoluitur matrimonium ratum.

4 Denique per profeſſionem Equitum S. Ioannis diſſoluitur matrimoniũ ratum. DD. communiter contra Sotum *in 4.d.27.q.1.art.4.par.3.tr.2. reſ.30. § Quintò.* Vnde, vxore Monialium habitũ aſſumente, vir, licèt iuuenis, poteſt habitum D. Ioannis aſſumere. Sic tenet, & de praxi teſtatur Pontius *lib 9.c.12.n.3.* contra Sanchez *l.7.diſp.32 n 4.par.4. tr. 4.reſol 73 §. Non deſinam.*

Et impletur votum Religionis abſque alia expreſſione emiſſum.

Et qui votum Religionis emiſiſſet abſque alia expreſſione, ſatisfaceret, per ingreſſum huius Religionis, vt probabiliter Cenedo *de paup.relig.dub.10.n.6.* & Pontius *de impend.cauſa 27 q.2.§.4.* id extendit ad Religionem S. Iacobi *par.2.tr.16.reſ.37.* Per profeſſionem verò S. Iacobi, & aliarum Religionum militarium, matrimonium ratum non diſſoluitur, non quod ſit ſolemnis; ſed quia Summus Pontifex præſcribendo modum eius & formam, minuit ſolemnitatem. Mota *l 2.c.2.§.19.n. 18.par.3.tr.2.reſ.30.§.Quintò.*

Et quicunque equites cõmunicare poſſunt enſe præcincti.

5 Nota hic, *Religioſos equites* ad confitendum, & communicandum pugione, & enſe præcinctos non indecenter accedere, vt latè probat Sancius *diſp. 45 n.3.* Vbi *n.6*, idem docet de omnibus laicis, quod tamen intelligendum foret, ceſſante ſcandalo, quòd raro deficit, *par.3.tr.2.reſ 30,* in fine.

RELIQVIÆ.

Reliquiæ non approbatæ.

1 RElíquiæ non poſſunt adorationi & venerationi exponi abſque approbatione. Quid tamen in hoc faciendum, vide V. *Epiſcopi iuriſdictio in Reliquias.* Aduerte verò cum Palao *tom. 2. tract. 8.diſp.1.punct.6. num. 11.* non eſſe illicitum, proponere adorationi Crucem ornatam variis reliquiis nõ approbatis, tum quia ſic vſus obtinuit, tum quia in tali caſu non reliquiæ, ſed crux adoranda proponitur, & ſi quis eas adorat, hoc erit per accidens, & pertinebit ad cultum priuatum, contra Bonac. *diſp.3.de ador. quæſt.1.punct.4.n.6. part.5. tr.5.reſ.35.§. Notandum.* Item reliquias approbatas exponere videndas & tangendas in die feſto, animo colligendi eleemoſynas, regulariter non eſt mortale. *p.10.tr.16 reſ.73.* Princeps in bello non poteſt reliquias capere & diſtrahere *Ibid.reſolut.74.* An reliquiæ alienari poſſint ſine ſolemnitatibus, vide V. *Prælati num.28.*

Exponi poſſunt in ornamentũ Crucis adoranda.

RESERVATA.

Reſeruata quamdiu durent.

DE reſeruatione caſuum dictum eſt V. *Caſus reſeruati.* Et de reſeruatorum abſolutione V. *Abſoluere à reſeruatis,* & aliquid V. *Pœnitens.*

1 Caſus reſeruati à quocumque prælato, de licentia Papæ abſolui poſſunt, eo inconſulto. *p.10.tr.12.reſ.18.* Reſeruata in bulla Cœnæ, vel Epiſcopo abſolui non poſſunt à regularibus. *p.10.tr.13. reſ. 12.* Caſibus & cenſuris Epiſcopalibus ſubſunt Moniales. Quæ ſi exemptæ ſunt, non poteſt Epiſcopus reſeruare ſibi caſus circa illarum clauſuram. *Ib.reſ.52.*

2 Caſus reſeruati Epiſcopo per ſtatutum, eo mortuo, adhuc permanent, at ſi reſeruatio eſt perſonalis, eo mortuo, expirat, vt ex Piaſecio retulimus V. *Caſus, numero 12.* & ſic tenet communis opinio. Et quidem reſeruatio facta in mandatis viſitationum tam Epiſcopi quàm Prælati Regularis, ſiue cum excommunicatione, ſiue ſine, cenſetur perſonalis, & mortuo Epiſcopo, vel manus à munere amouente Prælato, expirat. Quod tamen intellige quoad crimina commiſſa poſt mortem Epiſcopi, &c. non quoad commiſſa tempore reſeruationis. Fagundez *parte 2. libro 8. capite 1. numero 30. par.6.tr.6.reſ.41.*

2 Peccaret Prælatus Regularis,

non